



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Admirandvm vindictae divinae theatrvm

Tympe, Matthäus

Monasterii Westphaliae, 1611

De terribilibus gehennæ tormentis eorum qui perpetratis peccatis
lethalibus præsentis vitæ supplicia euadunt

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51314)

manuum ac pedum amputavit, ita eidem sum-
mitates manuum ac pedum amputatur. Iud. i.
vers. 6.

Sicut Athalia totam fere regiam stirpem
Davidis perdidit, 4. Reg. ii. v. 1. ita ipsa interi-
mitur v. 16. 20. vi. in Indice litteram S.

*DE TERRIBILIBVS GEHENNAE
tormentis eorum qui lethalibus peccatis
perpetratis presentis vitae sup-
plicia evadunt.*

Scribit Franciscus Puteus (seu de Puteo qui
Primariae carthusiae Praefectus fuit) in vita
Brunonis auctoris Carthusianae familiae, flo-
ruisse anno 1092. Parisijs virum doctrina in-
ter omnes eximium, & quod quidem externis
moribus iudicari poterat, virtute & sanctita-
te praeditum, quibus rebus celebritatem no-
minis praeter caeteros assecutus sit. Hic igitur
tantus vir in morbum incidit, munitur sacra-
mentis, moritur, confluunt ad funeris hono-
rem, ut patet erat in homine qui magnum sui
desiderium relinqueret, variarum artium
Doctores & studiosi, alij praeterea magno nu-
mero mortales. Effertur longa pompa, depo-
nitur in medio templo, circumstant qui exe-
quias Christiano more decantant. ubi ad eam
lectionem ventum est, cuius prima sunt ver-
ba, Responde mihi, cum omnium admiratio-
ne & horrore cadaver assurgit, & clare, ut à to-
ta circumfusa corona exaudiretur exclamat,

Mm 5 iusto

7.

I.

Sur. tom. 5

Doctores
ex-
cellens
moritur.vi. in loco
de hypocri-
tae exem. 8.

iusto Dei iudicio accusatus sum. hoc dicto iterum recumbit. Tam admiranda res omnes qui aderant ingenti terrore compleuit. itaque visum est differre, ac postridie instaurare funus. interim fama tam nouę rei vulgata, ve in ampla & populosa vrbe, infinitam vtriusque sexus multitudinem vndiq; exciuit. Postridie instaurantur exequię, circumstant omnes expectabundi, atque ecce tibi, cum iterum illa verba pronunciata essent, iterum cadentes erigens exclamat: Iusto Dei iudicio iudicatus sum. iterumque reclinat caput. Tum vero incredibilis omnibus incessit pavor. Sed quod nondum quę de illo sententia lata esset, appareret, (susplicari enim poterant accusatum illum falso à criminatore diabolo, iudicatum quidem à Deo sed absolutionis sententia) visum est tertio proferre diem funeris. Tum vero tota ciuitas ad tam infinitum spectaculum cōcurrere. Peragitur quod vocant officium defunctorum, ad eundem locū eiusdem lectionis, hic tertio infelix illi caput erigens horribili boatu diuini tribunalis sententiam proclamat: Iusto Dei iudicio condemnatus sum. Quis fuerit tunc omnibus pręsentibus animorum sensus, qui pallores, qui tremores, qui metus, verbis explicari non potest. Bruno tum adolescens literat studens cum sex eiusdem studij & ætatis sodalibus ex tam horribili iudicio hominum omnium opinione prohi & sancti tantum p

Hoc Car-
thusiano
rum sodali
vati institu
endę occa-
sionem
prębuit.

uoris conceperunt, vt relicto sæculo in montes Sabaudia & Delphinatus statim aufugerint, & in syluas se abdiderint, & timore iudiciorum Dei nequaquam vulgari perculsi, se omnium huius mundi voluptatum vsu abdicarint.

Alexander Neapol. lib. 6. genial. dierum cap. 21. in Palignis, ait, oppidum vetustum est, cuius nomen præterò libens, in eo dominus (qui vrbi præerat) superbè auareque ciuibus imperabat, &c. Forte autem cum homo quispian bonus sed inops ipsius canè venaticum, cuius miro studio tenebatur, ita verberasset, vt ob id perijsse putaretur, dominus id resciscens vehementer offensus eum in pessimum coniecit carcerem. ibiq; cum vinctus teneretur post aliquot dies hi quibus diligens eius cura mandata erat, ad illum vt solebant accedentes in eodem carcere nusquam inuenere, qui diu conquisitus cum non appareret, rem ad dominum detulere. Quod cum credi vix posset, ipseq; mirum in modū obstupesceret, post tres ferme dies ijsdem foribus pessulo firmatis, idem captiuus denuo in carcere apparuit, custodesque vt cibum adferrent aduocauit. Qui cū propius accessissent eū vultu terro & horribili facie luxatisq; vestibis cōspexere. Interrogatus vero vnde elapsus & rursus in carcerem intrusus fuisset, nihil respōdens ad dominū admitti postulauit, habere se quod illi nunciaret magnum nec differendum. Cumq;

vi. Bredéb.
lib. 8. ca. 6.

Scrupenda
historia.

ad

ad eum admissus esset se ab inferis remissum ait. Siquidem cum diutius squalorem carceris ferre nequiret, se malum dæmonem ut è captiuitate eriperet inuocasse. Nec multo post dæmonem fædo aspectu & terribili facie in eodem carcere aspexisse, & secum pactum fuisse, ab eodemq; ferreis claustris non sine graui pressura extrusum, in loca deinde interna & profundas vastitates ac fundum telluris intimæ actum præcipitem, singulaque lustralia, impiorumq; supplicia æternaq; tenebra & ærumnas vidisse. Ibiq; agnouisse quemdam suum familiarem, & ab eo probè agnitum esse, ac rogatum quid rerum ageretur. Cumq; respondisset se crudeli dominatu premi, illum mandasse ut domino nunciaret, cauere, ne quid tale ageret in posterum, namque illi vacuam sedem quam prope cernebat, prælitutam esse dicebat. Et ut haud dubius promissi foret, meminisse, inquit, illum debere secreti concilij & mutæ pactionis, quam dum vna militarent & in castris agerent clamauerunt, quorum nemo particeps aut conficiunt vnquam fuit. Quod consilium cum ille memoriter recitasset, & non solum conuenta sed & singula verba sponsionesque quibus uterque altrictus erat, recensuisset, ipsum dominum ordine hæc audientem mirum in modum obstupuisse, quonammodo quæ soli sibi credita nec vlli vnquam enumerata fuerant homo ille hebes & tardus ingenio explorata habere.

beret. Adijciunt eundem interrogasse illum, cum quo tunc sermo erat apud inferos, qui nitido cultu videbatur, num aliquo cruciatu affligerentur qui insigni veste & auro conspicui forent. illumq; respondisse perenni incendio torqueri, idq; totum quod auro & purpura fulgeret ignem atq; incendium esse. Et cum ipse id experiri volens propius manum purpuræ admouisset, admonitum ab eo fuisse ne tangeret, & tamen efficere nequiuisset, ut non ex caloris afflatu palmam sibi manus, quam tunc ostendebat, incendio & ipsi purpuræ admotam combureret. Erat enim pustulis liuentibus & tetrifera hinc hinc veluti tabe & igni sacro fere consumpta. Referunt præterea qui illum adiuerunt, eum postquam ad inferos emerit semper cogitandum in rarum prodijisse sermonem vixq; sæpius interrogatum colloquenti respondisse. Vultu vero tam tetro & aspectu tam deformi reuertisse ut quidam dudum à coniuge & liberis probè agnitus foret, is postquam remeavit ab inferis tam diro vultu esset, ut vix eundem illum esse crederent, sæpiusque obortis lacrymis ob speciem hominis fœdissimè mutatam notos affinesq; ipsum allocutos esse, ægreq; ut ante obitum, qui mox consecutus est, res suas dispensaret, ac liberis & posteritati consuleret vitæ spatium habuisse.

P. Lud. Gran. c. 1. li. 1. Memorialis vitæ Christianæ: Scribitur, inquit, de viro quodam sancto

3

cto

Et o qui vidit in spiritu poenā hominis rerum
 huius mundi studiosi & carnalis, hoc modo
 principio vidit Cacodæmones animam illi-
 us hominis iam vita functi rapere, & cum ma-
 ximo tripudio & gaudio ad principem tene-
 brarum adducere, qui in ignea sedebat sella,
 prædam quæ in via erat, expectans. Quæ
 1. cum iam præsentata esset, surrexit princeps,
 & dixit infelici huic hospiti: Volo, inquit, te
 magnifico sedili isto honorare, posteaquam
 tanto in honore apud homines fuisti, & sem-
 per gloriam ambiuisti. Extemplo postquam
 sedisset, alta voce & lamentabili clamore mo-
 2. lestum honorem istum desceuit. Mox alij hor-
 rendi & deformes spiritus aderāt obtuleruntq;
 illi poculum amarissimo foetidissimoq; potu
 plenum, & coegerunt eum bibere dicentes:
 decet, fuisti enim amicus nobilissimorum de-
 licatissimorum virorum, proba nunc vinum
 3. istud quod nos bibimus in hac regione. Deinde
 alij duo subsecuti sunt, qui tubas duas igni
 & flāmis ardentibus plenas habebant, easq; au-
 ribus eius applicantes ceperunt flammam &
 ignem in vtramq; aurem flare, clamātes & vo-
 ciferantes: Hoc refrigerium & hunc concen-
 tū tibi præparauimus, sciebamus enim te cum
 viueres musicarū harmoniarū singularē fuisse
 amatorē. Post hos alij duo venerunt, serpenti-
 bus & viperis onerati, quas in pectus illius
 iniicientes in interiora miserabilis istius ho-
 minis immiserunt, dicentes: quia fuisti appo-
 titol

titot amplexuum & osculorum formosarum
 foeminarum his nunc voluptatib⁹ te oblecta,
 his fruire istarum loco quas in mundo habu-
 illi. optime enim dictū est à Propheta: in mē- *Esa. 27.*
 sura cōtra mensuram iudicabis eam. ibi enim
 dabitur mensura contra mensuram, quando
 damnatus quispiam sic castigabitur vt ex va-
 rietate & proportione pœnarum resplendeat
 ordo & sapientia diuinæ iustitiæ. Exhibuit
 Deus spectaculū hoc viro sancto ad nostram
 doctrinam & admonitionem. Non quod hu-
 iusmodi materiales pœnæ sint in inferno, sed
 vt ex illo quodammodo varietatem & mul-
 titudinem pœnarum infernalium intellige-
 remus, &c.

Non longe post initia ordinis S. Francisci
 cum Bertoldus vir eiusdem familiæ insignis
 in Germania inter prædicandum Dei verbum
 acrius in vitiū quoddā inuectus esset, mulier
 quæ eo vitio tenebatur, pœnitentiæ ac con-
 tritionis vi in media concione mortua conci-
 dit? Verum cum omnibus in preces procum-
 bentibus paulo post reuixisset, narrauit mor-
 tis causam, iustamque se ad corpus redire, vt
 peccatū illud confessione expiaret. Adjecit e-
 tiam tum alia multa, quæ viderat, tum illud
 in primis horribile & dictu mirabile, cum ip-
 sa ad Dei tribunal apparuisset, adducta simul
 esse sexaginta animarum millia, quæ in om-
 nibus mundi partibus fidelium & infideli-
 um varijs casibus excelsierant ex hac vita,
 atque

atque ex his tres tantum addictas purgatorio, reliquas omnes ad ignem æternum damnatas, vnum autem ex Franciscanis fratribus, eodem ipsum quoq; temporis articulo defunctum per purgatorij quidem locum transisse, sed tamen non modo ibi diutius nõ commoratum, verum etiam par animarum quæ præcipua cum eo amicitia coniunctæ fuerant, secum in cælum abduxisse. Vi, P. Platum de bono status religiosi lib. 1. c. 5.

REFUTATIO DVARVM OBJECTIONUM.

Obj. 1.
Etiam pij
punitur

Aliiter patiuntur
gentiles
aliter fideles.

CVM Cyprianus inflictas diuinitus pœnas in vltionem effusi Christiani sanguinis commemoraret, iisdemq; æque Christiani affligi viderentur, ac proinde non proinde vlciscendis, quæ eos quoq; pertingerent, dici possent immiffæ, scribens ad Demetrianum Proconsulem in Asia: Pœnam, ait, de aduentu mundi illè sentit, cui lætitia & gloria omni in mundo est: ille mœret & deflet, si sibi malis sit in sæculo, cui bene non potest esse post seculum cuius viuendi fructus omnis hic capitur, cuius omne solatium hic finitur, cuius cœdua & breuis vita hic aliquam dulcedinem computat & voluptatem: quando isthinc excesserit, pœna iam sola superest ad dolorem. Cæterum nullus ijs dolor est de incurfatione malorum præsentium quibus fiducia est futurorum bonorum. Deniq; nec cõsternantur

aduer